Oroſ. *in d. l. arrogator, numer. 19. ff. de adopt. & Anto. Gom. in l. 18 Taur. numer. 6. colum. 2. illius numeri:* idem latius probans omnibus ſupradictis *in l. 9. Taur. nu. 66.* vbi plura infert, ſcilicet, quod tali legitimato debetur legitima, quod plurimos referens tenet Tiraquel. *vbi ſupra num. 79.*

175 Addo ego, quod † eadem legitima, quæ debetur filijs ſuis legitimis & naturalibus, debetur etiam legitimatis: ita hanc opinionem poſt longam diſputationem teſtatur communem Iaſ. *in Rubr. num. 11. ff. de lib. & poſthum.*

176 Sed eſt † pulcrum dubium in præſēti; Quid ſi ſtatuto caueatur, vt ſtantibus filijs maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedant? *An ſtantibus legitimatis, filiæ excludantur?* Et ex ſupradictis omnibus recte infertur, ita filios legitimatos excludere fœminas, ſicut excludunt eas legitimi: atque ita hāc opinionem tenuit Bald. *in d. l. eam quam, col. 6. verſ. item fuit quæſitum, C. de fideicom. & in l. cum acutiſſimi, nu. 7. C. eodem,* cuius opinionem ſequuntur ibi Iaſon. *col. 1.* qui dicit, ita ſe bis conſuluiſſe, & fuiſſe iudicatum: & hanc opinionem dicit communem Curt. Iun. *conſ. 155. n. 11.* & tenet plures allegās Tiraquell. *in d. l ſi vnquam, verſ. ſuſceperit liberos, nu. 82.* quicquid in contrarium tenuerit Baldus *in c. per tuas, num. 2. de maiorit. & obed.* cuius opinionem dicit communem Curt. Sen. *conſil. 16. num. 13. & Crot. in d. l. Gallus §. quid ſi tantum, num. 75. ff. de liber. & poſthum.* dicit magis communem, plurimos referens Tiraquel. *vbi ſupr. num. 98.* vbi refert plures famoſos Doctor. ſecundum hanc opinionem conſuluiſſe: hanc etiam ſecundam opinionem plures referens teſtatur eſſe communem & magis communem Tellus Fernand. *in leg. 9. Taur. num. 18. & ſeqq.* qui *num. 15.* retulerat plures auctores primæ opinionis: & tandem *numer. ſeqq.* diſtinguit plures caſus, inferens ex eis ad intellectum *dict. l. 9. Taur.* an ſtantibus filijs legitimatis tantum excludantur ſpurij, vel naturales tantum: ideo videndus eſt omnino ſuper hoc articulo controuerſo: quę *l. 9. Tauri,* hodie eſt *l. 7. tit. 8. lib. 5. nouæ Recop. Regiæ:* & primam opinionem plures referens tenet etiam Pet. Duen. *d. reg. 350. ampliat. 15.*

177 Vlterius infert † Anton. Gomez *in d. l. 9. n. 66.* quod ſi filius legitimatus eſt præteritus, habebit ius dicēdi nullum de iure ciuili, & bonorum poſſeſſionem cōtra tabulas de iure prætorio: & ſi ſit exheredatus, habebit querelam, & denique omnia alia remedia contra teſtamentum patris, quæ filius legitimus & naturalis habet text. eſt expreſſus *in auth. de inceſt. nup. §. dubitatum, verſ. quid enim, collat. 2.*

178 Imo & legitimatione † rumpitur teſtamentum antea factum, ſicut agnatione poſthumi: ita etiam pręd. omnia plurimos referens tenet Tiraq. *vbi ſupr. n. 80. & 81.* & teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem Alex. *in Rubric ff. de lib. & poſthum.* & eum refert Iaſ. *ibi n. 2. & ſeq.* late probans & limitans, ad quem eſt recurrendum in materia.

179 Ex quibus † omnibus ipſe infero optima cum ratione dubitaſſe Bernard. Diaz de Lugo *in reg. 231. incipit, Emphyteuſis Eccleſiaſtica:* de cōmuni illa opinione, quā *ibi* ipſe pluribus relatis ponit, quę habet; Quod emphyteuſi Eccleſiaſtica ſuſcepta pro ſe & filijs ſuis, nō veniūt filij naturales, etiam legitimati: de quo etiam videndus eſt Matth. de Afflict. *dec. Neapol. 386. per totam,* de cuius veritate hic non agā, ne immoremur, & *ibi* ipſe Epiſcopus quatuor modis limitat prædictā communem opinionem, inter quos vnum eſt in legitimato per ſubſequens matrimonium, quod eſt notandum, pro qua limitatione facit *d. l. 12. Taur.* dū ibi probatur, ad ſuccedendum admitti filios legitimatos per ſubſequēs matrimoniū, excluſis filijs antea legitimatis per reſcriptum ad ſuccedendum: quæ *l. 12. Tauri,* hodie eſt *lex 10. tit. 8. li. 5. nouæ Recopilat. Regiæ,* & ſupradictā limitationem plures referens ſequitur Petrus Duenn. *in reg. 150. ampliation. 7. fol. 130.* vbi inquit, ſecus eſſe in legitimato per reſcriptum Principis: & ante eum idem facit Couarru. *in 4. part. 2. cap. 8. §. & num. 23.*

180 Itē, an legitimatione † filii naturalis reuocetur donatio in caſu *d. l ſi vnquam,* videndus eſt latiſſime Tira. *ibi, verb. ſuſceperit liberos, nu. 64. vſque ad n. 10.* qui *nu. 70.* refert plurimos tenētes, quod non reuocetur: & *n. 75. & ſequent.* refert etiam plurimos tenentes contrarium, imo quod reuocetur: ideo videndus eſt in hoc articulo: Ex præcedentibus tamen videtur verior hęc vltima opinio, quod reuocetur. Quam rem latiſſime pro vtraque parte examinat Ripa *in d. l. ſi vnquam q. 30. per totam,* & tandem *in fi. n. 82.* diſtinguit & concordat has duas opiniones: vt ſi filius natus & legitimatus ſit poſt donationem, reuocetur donatio: ſi vero fuerit natus ante donationem, & legitimatus poſt, tunc non reuocetur: ſequitur poſt alios Tiraquell. *vbi ſupr. n. 109.* ne ſit huiuſmodi filius melioris conditionis, quam legitimus; qui ſi exſtaret ante donationem, non eam reuocaret in totum, licet poſſet dicere inofficioſam, & pro parte non legitima reuocare, ſecundū Tiraq. *ibi in verb. liberos non habens, n. 1. & ſeq.* vbi agit, quid in poſtea natis; Ergo idem in legitimatis dicamus: Sequitur plures referens Petrus Duen. *d. regul. 350. ampliat. 13. fol. 131.* & Couarr. *in 4. de ſponſal. 2. part. c. 8. §. 2. n. 29.* vbi idem tenet quod in legitimo, in 2. caſu diſtinctionis ſupradictæ.

181 Sed quod † legitimatus per reſcriptum Principis minime ſubuertat donationem in caſu *d. l. ſi vnquam,* tenet cum Bald. & Salyc. Greg. Lop. *in l. 8. tit. 4. part. 5. in gl. De ſu muger legitima,* quæ lex hodie tollit dubitationem; Nam requirit, vt liberi ſint nati ex vxore legitima, alias ſecus; qua attenta, dubitat Gregor. *ibi,* qui eſt videndus, quid in legitimato per ſubſequens matrimonium.

182 Item, *An legitimati faciant † deficere fideicommiſſum,* de quo *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. & in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit. fact. & l. cum auus, ff. de condit. & demonſt. & in Reg. l. 10. tit. 4. part. 6.* videndus eſt Tiraq. *vbi ſ. nu. 84.* vbi plures allegans teſtatur communem opinion. eſſe, excludi ſubſtitutum: & optime probatur ex omnibus ſupradictis: dicit etiam communem Rip. *in l. ſi vnquam, quæſtion. 30. n. 81.* licet aliqui contrarium teneāt, quos refert Tiraquell. *vbi ſ. n. 9.* dicens, ex illis conſtare, rem hanc eſſe dubiam; ſed primam opinionem dicit communem Iaſon. *in l ſed & quæſitum, ff. de li. & poſth.* & ampliat, vt prædixi modo, ſcilicet in legitimato per ſubſequens matrimonium contractum ab eo, qui in extremis erat dicit etiam communem plurimos allegans Anton. de Padilla *in l. cum acutiſſimi, n. 17. C. de fideicommiſ.* vbi ampliat in cōditione expreſſa. *Si grauatus ſine filiis legitimis deceſſerit:* communem dicit Petr. Duen. *vbi ſupra. ampliat. 8.* & plures allegans Mencha. *lib. 3. controu. vſufreq. c. 41. n. 7.*

183 Sed; *An legitimati † ſuccedant & habeant ſuitatem, exſtantibus legitimis & naturalibus: & an eo caſu, quo cum eis ſuccedant, poſſint meliorari in tertio & quinto per leges Regias, quæ id permittunt in filiis legitimis?* Vidēdus eſt Anton. Gomez, *vbi ſupra, n. 67. & 68.* vbi tenet & dicit eſſe communem opinionem & reſolutionem, plures Doctores referens, quod legitimati per ſubſequens matrimoniū bene ſuccedant cū ſuis legitimis & naturalibus: Legitimati vero per reſcriptum nō niſi expreſſe à Principe cōcedatur: licet hoc vltimo caſu aliqui Doct ores maximæ auctoritatis teneant contrarium, inter

inter quos eſt Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in l. 12. limitatione l. Regiæ, n. 2. Codic. de inoffic. teſtament. fol. 154.* Sed pręcedens communis opinio approbatur *in dict. leg. 12. Taur.* Item tenet Antonius Gom. & Roderic. Suarez, *vbi ſup.* quod legitimati poſſint meliorari in caſibus, in quibus poſſunt ſuccedere cum legitimis. Sed & ſunt hic alia nonnulla; quæ poſſent tractari, ſed ea omittam, ne diuertamur acturi de ſuitate. Sed adhuc non prætermittam quædam alia notabilia in materia.

184 Primo, quod † text. *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.* concedens patri teſtanti inter liberos hoc beneficium & priuilegium, vt eius teſtamentum & vltima voluntas minus ſolemniter conditum valeat & teneat: & idem probat text. *in l. fi. C. famil. herciſcund. & l. 7. tit. 1. & l. 34. tit. 9. part. 6.* habeant etiam locum & in patre teſtante inter filios legitimatos: & à fortiori inter filios legitimos & legitimatos, cum omnes ſint legitimi vere: ita in ſpecie tenet Iaſon. *in l. 2. in principio, ff. de vulgar. & pupillar.* Tiraquellus *vbi ſupra* plures referens *nu. 79.* & bene Antonius Gomez. *vbi ſupra, num. 6. columna 2. illius numeri:* & dixi ego in mea lectura *dict. §. ex imperfecto,* quam olim feci, licet Decius relatus per Tiraquellum tenuerit cōtrarium: hodie autem hoc ceſſat *per l. 3. Tauri,* vbi eadem ſolemnitas requiritur in teſtamento inter liberos, quę in teſtamento condito inter extraneos: & dicta *leg. 3. Tauri,* hodie eſt *lex 2. titulo 4. libro 3. nouæ Recopilat. Regiæ.*

185 Infertur † etiam optima illatio ex omnibus ſupradictis ad difficilem *illam l. cum filiusfamiliaſ ff. de legat. 1.* vt omnia ibi dicta reſpectu filij legitimi & naturalis habeant etiam locū in filio legitimato: vt late per omnia ſupradicta fundans tenet in terminis ibi Iaſon *n. 159. cum ſequentibus.*

186 Vnde facienda † eſt regula cum Tiraq. *vbi ſupr. n. 85.* Quod omnia iura loquentia de filiis legitimis habeāt etiam locum regulariter in filiis legitimatis, ex regula; quæ de æquiparatis traditur, & quod ſine dubio diſpoſitum in vno, habeat locum in alio.

187 Vltimo, illud † tantum hic non prætermittendum duxi, tanquam notatu digniſſimum & vſui quotidiano neceſſarium; *An filij legitimati gaudeant nobilitate patris, (hoc eſt hidalguia vulgo appellata?)* Et ex ſuperioribus omnibus conſtat gaudere, quandoquidem vere legitimus eſt.

188 Secundo, pro hac opinione & parte affirmatiua facit, quia licet quoad libertatem partus, hoc eſt, filius, ventrem ſequatur: *vt in l. naturalis, in principio ff. de præſcript. verb. & in l. partum, C. de rei vendicat. & in l fi. C. de liberal. cauſſ.* tamen quantum ad honores & dignitates, filius patrem ſequitur, non vero matrem: text. *in l. exemplo, C. de Decurion. lib. 10. & in l nobiliores, C. de commerc. & mercat. libr. 11. legati. liberos, in fin ff. de Senato.* Ergo ita & eodem modo filius legitimatus gaudebit honoribus & nobilitate patris: & in ſpecie hanc opinionem tenet gloſſ. arguens ad partes *in capit. tanta eſt vis, in gloſſ. legitimi, qui fil. ſint legitim.* & hanc opinionem probat etiam *leg. 4. final titul. 15. part. 4.* vbi dicit lex: *E han todas las honras, y las proes que han los hiios que nacem de caſamiento derecho:* & in dict. *l. fin.* dicitur. *E aun les nace otra de la legitimation, ca pueden ſer cabidos a todas las honras, y a todos los fechos temporales, cambien como los otros hyos que nacen de las mugeres legitimas.* Idem expreſſe probat *dict. lex 12. Taur ad fi.* vbi dicitur: *Pero en todas las otras coſas aſſi en ſuceder aolos tros parientes, como en honras y preeminencias, que han los hyos legitimos mandamos que ninguna coſa defieran de los hyos nacidos de legitimo matrimonio:* quę lex vt ſupra eſt dictum hodie eſt *l. 10. titul. 8. lib. 5. nouæ Recopilat. Reg.* Contrariam tamen opinionem, tam de iure communi, cum Hoſtienſ. & Ioan. Andre. *in capit. final. de filiis preſbyter. & cum Guilierm. de Cugn.* imo quod non debeat fieri mentio nobilitatis in legitimatione, quam etiam iure Regio tenet Gregorius Lopez *in dict. leg. 4. in gloſſ. Todas ad medium,* vbi inquit, quod vidit ſuper hoc conſuli Regiam Celſitudinem per dominos de Regali Conſilio, & fuiſſe reſcriptum, vt tales generales legitimationes, non expreſſa nobilitate, non extenderentur ad talem prærogatiuam nobilitatis, & quod ita fuit reſcriptum Regalibus Auditoriis: & eandem etiam opinionem tenet Matthęus de Afflict. *dec. Neapolitan. 193. nu. 9.* dicens non gaudere nobilitate patris * legitimatum, niſi per Principem reſtitutus eſt natalibus: de quo etiam videndus eſt Baldus *in c. per tuas,* * *de maior. & obedien.* *Et hæc ſententia de iure communi eſt verior & communior, ſecundum Otalor. *de nobilit. 2. part. 3. princ. c. 3. n. 4. verſ. de legitimatis,* vbi plures alios allegat. *

Sed non obſtante opinione Gregor. Lop. & ſequacium, prima opinio ſupra poſita eſt tenenda per iura Regia expreſſa ſupra allegata; & ita tenet Ciſuentes *in d. l. 12. Taur n. 8.* & latiſſime Ioann. Oroſc. mordens tacite Greg. Lop. eo non relato *in l. cum legitimæ, n. 4. cum pluribus ſequentibus, ff. de ſtatu homin.* vbi inquit, quod ſolum reſpectu collectarum & cōtributionum, vtputa, pechos & cetera id genus: nō ſunt nobiles, ex Regia ſchedula ſuper hoc expreſſe data & confirmata Pinciæ anno 1542. de qua forſan Gregorius Lop. *vbi ſupra,* fecit mentionem de viſu; in aliis vero omnibus ſunt nobiles, ſecundum eum ibi late probantem: hanc etiam opinionem, quod in aliis gaudeant nobilitate patris, probat expreſſius Regia *l. fin. ad finem, titul. 21. lib. 4. for.* vbi loquens in legitimatis, inquit: *Y el hyo que aſſi fuere recebido, aya honra de fidalgo, ſi ſu padre fuere fidalgo.*

189 Limita tamen † hāc opinionem in filio nato ex damnato coitu, qui licet legitimetur non conſequitur nobilitatem patris *ex d. l fi.* dum in fi. dicit: *Y eſto ſe entiende de los hyos naturales.* Ergo ſi non ſunt naturales, ſed nati ex damnato coitu, non erunt nobiles, etiamſi legitimentur, & parēs eorum fuerit nobilis: ita tenet expreſſe Ciſuentes *in dicta l. 12. Taur. n. 19. in fine, & Oroſc. vbi ſupra, n. 22. & 23.* & tenet etiam nouiſſime Antonius de Meneſſes *in leg. naturalis in princip. num. 12. ff. de præſcript. verb.* qui ad hoc allegat petitionem 9. anni 1542. Pinciæ latam, dicens ex teſtimonio Couar. *in 4 de ſponſalibus, 2. part. c. 8. §. 4. nu. 4.* ſecundum eam petitionem fuiſſe non ſemel in Granatenſi prætorio pronuntiatum contra hos legitimatos prætendentes exemtionem, tenet etiam eandem opinionem per illam pragmaticam Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. li. 4. Ordin. colum. 1318. in fi.* & illa pragmatica eſt iuſtiſſima & procedit, ſiue damnatus coitus ſit ex parte patris, ſiue ex parte matris ſecundum Auend. *in ſuo dictionario. verb. Spurio & in verbo Hijo natural,* vbi inquit & tenet, requiri, quod ſit natus ex damnato & punibili coitu, alias ſecus.

Vnde infertur, perperam & falſo tenuiſſe contrariam ſententiam Petrum Duenn. *in regul. 69. incip. Baſtardi fol. 84. colum. 3. & 4.* vbi tenebat, etiam baſtardum legitimatum gaudere nobilitate patris, deceptus *per d. l. 12 Taur in fi & per l. 9. in fi tit. 15. par. 4.* Nā leges illas in filio naturali legitimato loqui manifeſtū eſt, & ita tenet idem ipſe Petr. Duenn. *fol. vlt.* quod eſt ante ſuas regulas, dicens, hodie non procedere ſuam opinionem per præd. pragmaticam petition. 9. licet ipſe non aduertat, ſuperiores leges Regias minime loqui in caſu, in quem eas adducit.

Ex quibus infertur, dict. pragmaticam 9. ann. 1542.

hab e:e duos intellectus. Primus fuit Ioannis Oroſcij
vbi ſupra, intelligentis eam reſpectu tantum collecta-
rum & contributionum, non vero reſpectu aliorum,
ne obſit veræ & approbatæ ſententiæ ſupradictę. Se-
cundus intellectus eſt, vt Regia illa diſpoſitio loqua-
tur & procedat in filiis, ſpuriis, & ſic natis ex dam-
nato & punibili coitu poſtea legitimatis: vt tenent
Doctores *ſupra* citati.

Vnum tamen remanet ſub dubio, quod ſecundum
intellectũ Oroſcij legitimatus etiã natus ex non da-
mnato coitu, non erit nobilis quoad has contributio-
nes, ex ſupradict. petitione 9. Nam Meneſſius *vbi ſupr.*
eam intelligit in legitimato nato ex dãnato & puni-
bili coitu, & generaliter reſpectu omnium inquit hũc
eſſe ignobilem, quod quidem veriſſimum eſt, tam ad
dictam Regiam 9. reſponſionem, quæ loquitur tan-
tum in natis ex damnato coitu, quam ad legem fori
s̃. allegatam, & opinionem Ciſuent. & Oroſc. *vbi ſupra*
idem tenentium, & ſic conſtat opinionem Oroſ. non
eſſe veram, dum exiſtimat, legitimatum naturalem
non eſſe nobilem reſpectu contributionum ex d. peti-
tione & reſponſ. 9. Nam illa in huiuſmodi legitimato
non loquitur, ſed in legitimato nato ex dãnato coi-
tu, vt iam dictum eſt, & ſic melius & verius eſt; tenere
indiſtincte cum cõmuni & recepta ſententia, ſcilicet,
quod generaliter & indiſtincte reſpectu omniũ, etiã
contributionum, legitimatus gaudeat nobilitate &
honoribus patris, & tenet in terminis Monterroſo *in
ſua practica in 7. tractat. fol. 111. col. 1. in fi.* & hoc proce-
debat bene antequã concederetur Noua Recopilatio
legum huius Regni, hodie vero ea condita, contrariũ
eſt dicendũ, imo quod legitimatus licet non ſit natus
ex dãnato coitu, non ſit immunis ab his contributio-
nibus, imo in eis teneatur contribuere, ad quas alias
citra legitimationem tenebatur *per l. 12. tit. 2. li. 6. No-
uæ Recopil. & in l. 20. tit. 11. lib. 2. eiuſdem Recopil.* vbi ſim-
pliciter & generaliter in omnibus legitimatis hoc ſta-
* tuitur,* Vt nobilitate patris non gaudeãt, nec exem-
tione tributorum, quibus ante legitimationes, eas
non habendo, non poterant nec debebant gaudere.

190 Illud tamen & † vltimo in propoſito addit Meneſ-
ſius *vbi ſupra, n. 13.* eſſe qui exiſtiment, filios illuſtrium
perſonarum, Ducum, Comitũm & Marchionum ſpu-
rios, liberos eſſe à contributione tributorum, atque
paterna nobilitate perfrui: quod ſi verum eſſet, opti-
ma ſublimitatio daretur ad exceptionem *ſupra* poſi-
tam, & ad d. l. fori & ad petitionem 9. iam ſæpius di-
ctam. Sed inquit Meneſſius *vbi ſupra*, quod neque iu-
re probari ſcit, neq; verum eſſe arbitratur. Idem ego
cum eo ſentio.

Tertio † & vltimo, ſupradict. quarta ampliatio ad
191 noſtrum tex. in legitimatis probatur *in cap. tanta eſt vis
matrimonij, extra, qui filij ſint leg.* qui text. famoſus & ca-
pitalis eſt, vbi probatur, quod ſi quis habuerit liberos
naturales, & poſtea duxerit in vxorem eorum ma-
trem, filij prædicti legitimantur & legitimi haben-
tur: Ergo filij legitimati ſunt ſui & legitimi, idem pro-
bãt plura alia iura congeſta per gl. *ibi, & in l. 1. in fine,
tit. 13. part. 4.* Et circa materiam illorum iurium de le-
gitimatione per ſubſequens matrimonium eſt vidẽ-
dus latiſſime Antonius Gomez *in leg. 9. ſequentibus
Taur. n. 55 & pluribus ſequentibus*, vbi late declarat: limi-
tat ſingulariter cum communi plures referens & late
probãs D. Burg. de Paz *conſ. 6. n. 11.* in matrimonio cõ-
tracto inter virum illuſtrem, vel nobilem, & fœminã
ignobilem, quia tunc reſpectu ſucceſſionis bonorum
filij naturales antea nati, non legitimantur per ſubſe-
* quens matrimonium, * & Petrus Duennas *in reg. 350.
limitatio. 8. & Ioann. Pichar. 1. tom. communium opinionum,
libr. 10. verſicul. legitimatio per ſubſequens matrimo-
nium.* Sed non eſt vera hæc limitatio, attento iure Ca-
nonico, cui eſt ſtandum in materia matrimoniali, vt
bene probant & tenent cum aliis Petrus Duennas
ampliat. 18. & dict. limitat. 8. & Picard. vbi s̃ Eſtq; pro hac
veriſſima parte contra communem priorem, *l. 1. tit. 13.
part. verſicul. Otro ſi ſon legitimos* & ibi expreſſe Grego-
rius Lopez *in gl. Se caſa con ella, in princip. & in verſicul.
quarto limitat. & l. 7. tit. 2. part. 4.** Solum hic circa ma-
teriam illorum iurium duo examinabo, quæ ſicut
ſũt pulcerrima in caſus fictione, ita in eius deciſione
ſunt vtilia & quotidiana, & non minus difficilia. Pri-
mo enim † fingamus; Habui filium naturalem ex con- 192
cubina, & poſtea habui filium legitimum & natura-
lem ex legitima vxore, qua mortua, duxi concubi-
nam in vxorem legitimam, ex qua habueram priorẽ
filium naturalem, qui per hoc matrimonium ſubſe-
quens legitimus efficitur: quæritur quis in maioratu
meo præferatur, qui quidem maioratus habet condi-
tionem expreſſam vel ſubintellectam à iure, vt primo
natus ex legitimo matrimonio præferatur; *An filius
naturalis, & per ſubſequens matrimonium legitimatus, tan-
quam natu maior? An vero ſecundo loco natus, ſed primo ex
legitimo matrimonio?* Et primo quidem in hac eleganti
quæſtione videtur, naturalem legitimatum præfe-
rendum *ex dict. c. tanta, & ex omnibus ſupradictis*, dum
probant legitimatum eſſe vere legitimum, iuncta re-
gula eorundem iurium, & ibi notant communiter
Doctores *in dict. c. tanta*, quod matrimonium factum
cum concubina, retrotrahitur ad tempus, quo quis
habuerit cum ea acceſſum: ſed illo tempore prędict.
filius naturalis natus ex ea erat prior; Ergo prę fertur:
& ex hoc fundamento hanc opinionem tenent plu-
res Dd. relati per infra allegandos in contraria opi-
nione.

Sed contraria opinio, & verior & communior eſt,
imo quod natus ex legitimo matrimonio prę feratur,
quia reuera ille eſt primo natus ex legitimo matri-
monio, licet legitimatus ſit etiam vere legitimus: ta-
men in quæſtione propoſita poſt natiuitatem legiti-
mi fuit effectus legitimus primo natus, ac per conſe- 193
quens ei debet prę ferri primo legitimus. ¶ Neq; † ob-
ſtat, quod legitimatio retrotrahitur, & c. quia id pro-
cedit aliis filiis legitimis nõ exſtantibus: ipſis enim
exſtantibus, in eorum præiudicium legitimatio non
retrotrahitur, vtpote cum ipſis ſit iam ius quæſitum:
ita probat text. *in auth. quibus modis natur. effic. l. in §. li-
ceat igitur*, ibi: *Et ſuos de cetero, & ſub poteſtate habere,
col. 6. & in § ſit igitur licentia eiuſdem auth.* ibi: *Et hoc fa-
cto exinde frui tali ſolatio.* Per quæ iura ita tenet Bart *in
l. 2. in princ n. 10. ff. de vulgar. & pupill. & idem Bart. in l.
Gallus. § & quid ſi tantum, n. 14. ff. de li. & poſthum.* & eſt
communis reſolutio ſecundum Fortunium Garſiam
in dict. § & quid ſi tantum, n. 255. vbi per hoc concordat
opiniones contrarias Doctorum, dicit etiam commu-
nem ibi Galliaul. *n. 81.* & ſequitur ibi alios allegans
Iaſon *in 1. lectura, n. 89. & 90. & Antonius Gomez dict. l.
9. Taur. n. 64.* & dicit communem Alciat. *lib. 3. paradox.
c. 12.* & faciat *l. 4. tit. 15. part. 4.* ibi: *Son dende en adelante le-
gitimos*, in quo verbo Gregorius Lopez *ibi* notat, &
hanc opinionem communem gl. ſequitur & Duennas
in dict. reg. 350. limitation. finali, quæ eſt 14 fol. 135. & hanc
nouiſſime teſtatur probabiliorem, veriorem & com-
muniorem plures allegans Ioan. de Rojas *in d. ſua e-
pitom. ſucceſſ. c. 11. & n. 5. & 16.* vbi *in nu. 17.* inquit, quod
in aliis ſucceſſionibus ex teſtamento, ſeu ab inteſta-
to, nulla eſt differentia: hanc teſtatur etiam com-
munem plures allegans Mench. *libr. 3. controuerſ. vſu-
freq. cap. 42. numer. 1.* licet ipſe contrarium teneat prio-
rem dicit communem plures referens D. Burg. de
Paz *conſil. 6. num. 13.*

Ex quo

194 Ex quo poſſet † inferri ad elegantem illam & ſum-
me difficilem quæſtionem Bart. *in d. § & quid ſi tantũ,
n. 14. An filij legitimati poſt mortem patris auferant here-
ditatem venientibus ab inteſtato, quib. eſt iam ius quæſitum
in ea?* Et per prædicta determinat *ibi* Bart. quod non,
quia legitimatio licet retrotrahatur, nõ tamen id ha-
bet locum in præiudicium, eorum, quibus eſt iam ius
quæſitum. Sed in hac quæſtione Bart. breuiter com-
munis opinio & reſolutio eſt, quod ſi legitimi non
adierant hereditatem, quando legitimatio facta fuit,
talis legitimatus bene aufert ab eis præd. hæredita-
tem. Si vero iam erat adita hereditas, & ſic ius quæſi-
tum irreuocabiliter, non aufert: hęc eſt communis re-
ſolutio ſecundum Meneſſium *in l. 2. nu. 14. C. de iur. &
fact. ignor.* eſt etiam communis, vt plures allegans te-
ſtatur Cou. *in 4. de ſponſalib. 2. parte, cap. 8. §. 9. nu. 9.** Di-
ximus ſupra, *in repetit. legis nemo poteſt, numer. 76. ff. de
legat.*

Cui † addendum eſt, quod ex mente Doctorum,
195 quos ipſe allegat, & cõmunis opinio eſt, vt hęc diſtin-
ctio *ſit adita hereditas, necne*, intelligatur, quando in le-
gitimatione fuit facta mẽtio de iure illorum, ad quos
pertinet hereditas; alias .n. ſi ſimplex legitimatio in
hoc fuit. *ſiue adierint, ſiue non*, non poteſt legitimatus
auferre ab eis pręd. hereditatem; Cum legitimatio fa-
cta fuerit ſubreptitie, nõ facta mentione eorum, & ſic
ſuppreſſa veritate, & in expreſſo ita tenet Paul. de
Caſt. *in d. §. & quid ſi tantum, n. 19.* quẽ pro cõmuni alle-
gat Iaſon *ibi nu. 111. & 112.* vnde credendum eſt com-
munem ita ſenſiſſe, & ita tenet Bart. & Dd. omnes, ex-
cepto Fortunio *in d. §. & quid ſi tantum*, vt ibi teſtatur
Coſta *1. par. nu. 177.* vt refert nouiſſime Matienc. *in l.
10. gl. 1. nu. 21. tit. 8. lib. 5. Nouæ Recopil. Regiæ.* Adde etiam,
quod ſi de voluntate patris quoquo modo conſtare
poſſit, poterit Princeps mortuo patre legitimare ſpu-
rium poſt aditam per agnatum hereditatem, eamque
ei auferre & ſpurio cõcedere vt cum Socin. & alijs te-
net Matienc. *in l. 6. gl. 1. nu. 12. tit. 10. lib. 5 nou. collect. Reg.*
& dicta in hac quæſtione Bar. intelligo ipſe in legiti-
mato per reſcriptum Principis, vel per oblationẽ cu-
riæ, nam de ſucceſſione filij legitimati per ſubſequẽs
matrimonium, jam ſupra dictum eſt. Sic igitur in pro
poſito dicendum eſt, quod cum hic legitimus & na-
turalis habeat iam jus quęſitum ad maioratum, le-
gitimatus poſtea per ſubſequens matrimonium, non
auferat ab eo huiuſmodi ius.

Secundo pro † hac opinione induco text. *in c. ſi pro
196 te, de reſcrip. in 6.* vbi probatur, quod ſi alicui prouidea-
tur ſub cõditione prębẽda aliqua primo vacatura, &
poſtea alicui prouideatur pure, ſi iſte ſecundus impe-
trans, priuſquam veniat conditio primi, à Papa, vel ab
exſequutore Canonicatũ obtineat, prę fertur primo,
licet poſtea veniat conditio: Ergo ita & eodem modo
in propoſita quęſtione, filius naturalis eſt ſub cõditio-
ne adepturus maioratum *ſi legitimetur*, attamen, pen-
dente iſta cõditione, fuit natus alius ſecũdo loco, pro-
creatus ex legitimo matrimonio, habens ius in majo-
ratu purũ: Ego præferri debet d. primo nato, qui ha-
bebat jus ſub conditione, licet poſtea exſiſtat cõditio
legitimationis, ſcilicet per ſubſequens matrimonium
argumento d. *c. ſi pro te*, quod profecto vrgens & con-
cludens argumentum præſtat in propoſito.

Cuius text. † argumento *in d. c. ſi pro te*, infero ele-
197 ganter ad intellectum tex. *in l. quoties, cum ſimilib. C. de
rei vendic.* (quod & in fauorem noſtræ opin. facit) ſci-
licet, quod licet verũ ſit, vt text. ille, dum probat in re
duob. vendita præferri, cui prius traditio facta fuerit,
debeat intelligi, vt procedat, etiãſi per clauſulam cõ-
ſtituti primo emtori ſit tradita, ſecundum Bernardum
Diaz plures allegantem *in reg. 229. & Anton. Gom. in
l. 45. Taur. n. 92. & eundem in 2. tom cap. 2. num 20.* tamen
id procedit, præterquã ſi prima venditio & conſtitu-
tum fiat ſub cõditione, & interim ea pendente fiat ſe-
cũda venditio, ſequuta traditione ex ea, & poſtea ad-
impleatur conditio primę venditionis, quia tũc prę-
fertur ſecundus emtor, cui eſt iam quæſitum ius, neq;
prima venditio debuit retrotrahi in præjudicium ſe-
cundi emtoris, cui erat ius quæſitum: ita tenet id̃ m
Anton. Gom. *in d. l. 45. Taur. n. 93.* Ergo ita in propoſito
dicendum eſt.

Tertio, pro hac parte facit, nam voluntas teſtatoris
ea fuit, vt primo natus ex legitimo matrimonio præ-
feratur: at negari non poteſt, quod licet legitimatus
ſit vere legtimus in omnib. tamen ipſe, qui primo le-
gitimus eſt, prius & verius dicitur legitimus, vt per
facti euidentiam apparet: Ergo plenius exhibetur &
adimpletur voluntas defuncti, ſi hic legitimus & na-
turalis à principio conſequatur maioratum, & prę fe-
ratur legitimato, & hæc eſt viua ratio. Nam licet le-
gitimatus huiuſmodi ſit legitimus, nihil intereſt, quia
primus legitimus debet conſequi maioratum, ſicut
conſequeretur, ſi omnes filij nati poſt eum eſſent à
principio legitimi & naturales.

Et in expreſſo hanc ſecundam partem & opinionẽ
late agens ad partes [quia plura argumẽta ſunt pro &
contra quæ referre non curo, quia congeſta ſunt, &
quia potius eſſet laborioſum, quam ex me aliquid ad-
dere, ſuperiora enim tantum poſui & retuli, vt lector
præſentis articuli, non careat pro nunc fundamentis
huius veritatis) tenet Ioan. Andreas *in reg. ſine culpa in
mercurialib colu. 10. verſ. ad ſolutionem fol. 222. colu. illius fi-
lij, de regul. iur. in 6.* vbi dicit, Et hanc partem teneo, ſed
tremulus, propter illorum auctoritatem, qui tenue-
runt contrariam: tamen hanc partem eligo delibera-
to conſilio & reſponſo trium Doctorum legum ſo-
lemniſſimorum huius ſtudij, quos in diſputatione
nominaui. Doctor etiam meus in Theologia hanc
partẽ deliberatus prę elegit à me conſultus. Hactenus
ille, quam opinion. dicunt communem Alexan. *nu. 25.
Iaſ. 91. in d. §. & quid ſi tantum, item Paul. n. 4. Salyc. 6. Iaſ.
40. in l. quoties, C. de rei vend.* & plures referens teſtatur
communem Cou. *in 4. in 2. part. c. 8. §. 2. nu. 28.* & latiſſi-
me & eleganter Ant. Gom. *in l. 9. Taur. nu. 63. & 64.* di-
cit communem eximius Doctor. Petrus Peralta *in ru-
bric. ff. de hered. inſtit. nu. 122. in verſ. Secunda eſt*, vbi am-
pliat, vt iſte ſecundus præferatur nepoti nato ex pri-
mo illo filio naturali maiore, etiam ſtante *l. 40. Taur.*
quod clarum eſt, & opinio ſupra dicta cõmunis pro-
cedit, ſiue legitimatus ſit per reſcriptũ, ſiue per ſub-
ſequens matrimonium, licet in hoc vltimo quidam
contradicant, tamen communis eſt opinio contra eos
vt conſtat ex omnib. ſupradictis, & in ſpecie ex Cou.
vbi ſupra, tamen in legitimato per reſcriptum Prin-
cipis minus dubium eſt, cum Princeps non poſſit per
illam legitimationem priuare ſine cauſſa iure quæſi-
to ſecundo natum ex legitimo matrimonio, iuxta gl.
communiter vbiq; approbatam *in l. fin. C. ſi contractus
vel vtil. pub.* vbi Doctores communiter, *& in l. 1. ff. de
conſtit. prin. & in alijs mille locis.* Hæc ſufficiant in hoc
articulo lectori, vt intelligat hanc ſententiam ample-
ctendam eſſe, quia licet difficultas eius altiorẽ indã-
ginem & examen requirat, tamen quia notum eſt
hanc eſſe magis communem opin. & ſecundum eam,
eſſe iudicandum, & quia Dd. *vbi ſupr.* latiſſime in eo-
dem articulo agunt, & ne diuerti videamur, nam am-
plius dicam, & communem opin. ſupra ſequitur, &
dicit communem plures auctores referẽs Petr Duen.
d. l. limitat. ſi regul. 350.

Secunda † principalis quæſtio eſt in materia *d. c. tan- 198
ta.* Habeo filiũ naturalem, & ex eo nepotem legitimus